Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelband aus verschiedenen Heften - Cod. Ettenheim-Münster 377

[S.l.], [17./18. Jahrh.]

Lateinische Rätsel

urn:nbn:de:bsz:31-133209

Visual Library

1 Logogriphi & Ænigmata.

Logogriphus

Ovidius hoc chartæ latitat sub margine nodus,
Magnus Alexander si mihi solvis, eris.
Fert bona vina caput, mea vertas colla, vetustas
Me decepta laris credidit esse Deum.
Dimidiam Solenis parte pro pectore gesto,
Verte pedem nobis vox animalis ero.
Deme caput colli cum parte priore nec inter
Isacidum minimum noxia vota fui.
Junge caput colli cum parte priore & aufer
Cætera, meq; tuo claudis ubiq; sinu.
Inversum propone pedem nunc Oedipe ventri
Tergaq; perpetuo pondera nrā gravat.

2 Alius.

Oedipodiodios si quæris solvere nodos
Jam ades, hic vobis mittere fræna licet.
Sibilus est tenuis vertex Garamantas adusq;
Hic tu haud taros sibilus ire iubet.
Cerberus irato fugis cum ringitur ore
Mirifice collum sit mihi quale, docet.
A pede principium librorum sumpsit origo,
Ductor et exigui pes solet esse gregis.
Cum pede necte caput, stridentia demito colla,
Maraliog Dio sanguine iunctus ero.
Si capiti iungas collum plantasq; tenellas,
Me geris in manibus lector ubiq; tuis.

3 Aenigma.

Assurgunt geminae mineo pro vertice turres,
 Bidua Parnassi qualis imago fuit.
Utraq scintillat pretioso tegmine turris,
 Inter et arcta tholus vallis utramq iacet.
Gutturis informes tm distorqueo rictum,
 Noris ut humanum pene vorare caput.
Innumeros uno complexu complico fratres,
 Miraq de rictu plegmata bina fluunt.
Omnibus emineo, si prodeo [illegible], meoq
 Posse premi gaudet mxa turba iugo
Prodroma progressus me stipat turma, minister
 Proprius ipsi manibus me comitando gerit.
Nec vero famulo, manibus me tangere fas est,
 Ni tegat instratas serica palla manus.

4 Aliud.

Ut citius solvas hoc Oedipe rete, videnda
 Corporis exhibeo singula membra mei
Non aliud cernes caput esse rotundius usquam
 Non caput inspicies glabrius esse meo.
Atq inest oculis capiti qui vertice fixus
 In medio faciem sidera vestis [illegible].
Longa manus capiti committit imbricis instar,
 At dextra bifidus parteq nasus inest.
Qui ne forte sua stationis ab ordine cedat
 Constringit nasum fibula bina manus.
Extima pars nasi nigricat fuligine, myxas
 Forte quod a lychnis tollere saepe solet.
Extrahe vaginā nasum, fieriq repente
 Conspicies bifidum, qui modo simplex erat.

Logogriphus

5. Logogriphus.

Huc ades Oedipodis censeri nomine quisquis
Appetis, hunc nodum, si potes, arte seca.
Est Latiis numeris Vertex, moderamen ad omne
Oedipe Rem. Venter, si male cessat, habet.
Amphitheatralem describunt crura figuram
Crura peregrino semper in ore gemunt.
Deme Caput. versus sed cruribus addito ventrem
Coeruleique fui credita diva freti.
Cruribus extrema ventris nunc praefice parte,
Me querula dices vocis habere sonum.
Pars de ventre prior sit cruribus addita, dempto
Vertice, quid faciam continuoque scies.

6 Alius.

Si labyrinthaeos vis Theseus ire per hortos
Certius ut redeas haec tibi fila dabo.
Principium grandis gesto pro vertice Regni
Delta quod effinxit sic statuente situm.
Cursus est Phrygio Maeandri flumine collum
Fine caret pectus, principioque caret.
Pes stridet. caperet quae summus quae Rhetor, arenas
Atque fretum scrupulos noluit in ore suo.
Rectus hic est ordo. tota nunc vertito Sphynge
Nec locus haereticis tristior ullus erit.
Pone loco capitis collum, Caput inde sequatur
Pes, Venterque retro, me scio saepe seris
Ventri iunge pedem, pedibus Caput adde, cor aufer
Et moneo quae nam sint facienda tibi.

7. Ænigma.

Matre rudi nascor, me forsitan Oedipe Pyrrhâ
Aut rigido natum Deucalione feres.
Innumeras cogor plagas tolerare, priusquam
Educar, et fratres sors premit ista meos.
Ingressus iter volito, sine vertice cernor
Venter inest glabros grandis adusq; pedes.
Saepe plerumq; meo cernes Cauteria ventre
Inq; manu collum ventre bibente manet
Dens geminus ventri connectit tortile collum
Et ne circumeant fibula colla ligat.
Vastus inest oculi vacuus tñ orbis, ubiq;
Insidias oculo nectit avara manus.
Una manus medio currit de ventre cavata
Cuius in extremo margine Nasus inest.
Cum iacio Nasum retro, profluit inde benignus
Saepe Deus, nulli vel Deus iste sapit.

8. Aliud.

Anterius pateo magni velut Aula Dynastae
Nil videas tergo durius esse meo.
Fibula bina caput, tergo connectit, et exos
Parva duplexq; caput saepe corona tegit.
Sidera pes spectat, veluti Sutoria norma
Pes plerumq; meus fractilis esse solet!
Pes cavus est intus, pedis est latissima planta
Hemicyclus planta semper aduncus inest.
Alba medulla pedis cavitatem crebrius implet,
Fungitur haec oculi munere. nocte micat.
Aes mihi pulchra manum curva licet induit, orbus
Ne fias oculis, sors mea terga vetant.

vix nisi

Vix nisi nocte palam videor, te forte precanto
Adiuvo, ne scamnis condo micante die.

9. Logogriphus.

Quas Divos inflixit si volueris Oedipe pænas
Invenies una sustinuisse caput,
Vertice, magnifici trunca nunc nomina Regis
Et mihi dant Regis nomina trunca pedem.
Verte pedis parte, reliqua cum vertice deme
Improba nec quicquam fœmina peius habet.
Deme Caput, proprio pes stet in ordine solum:
Cua quod æternæ perditionis erat.
Binas de pede deme notas, caput abjice, laude
Sæpe paro Dno, grandeq; sæpe lucrum.
Tolle pede capitis cum parte, nec Oedipe quicquam
(: Quod vivit:) vita tam vehementer amat.

10. Alius.

Est mea frons Logices, qui dividit omnia, culter.
Os concreta mihi vertice lympha facit.
Intima Gallina, proprio de vertice ventre
Sed tenue plane, præbet amica mihi.
Adipus ipse pede iungat cum corpore quæres,
Per me sic etenim me reperire cupit.

11. Alius.

Vide fœmina splendidi mariti
Dat de nomine vertice priore
Iungit nota tibi Dea illa collum
Quam finxit celeberrimus Magister,

primo Bupalg. inde verò pisces
praebebunt tibi terga, queis frequenter
per pontum places extra aquas natare
Eumeli tibi filius pedemq
Dat de vertice: iungis ista membra
Verè commoda res erit per orbes.

12. Alius.

Dat caput illig versu In. crimine semper
Qui solet innocuus dicier esse nocens
Est mihi vox collu furibundi nuncia cordis
Et me iam contrà quis precor ire volet.
Tu Turgoia mihi fellg tu reddito ventre
Moxeq terar pedibg qui modo victor erat
Genua sed â summo sumi pete vertice mysta
Parte de sarco vertice cede bona.
Iunge decus superu plantis, orisq boatu
Taliter et quid sim fate uidere potes.

13. Aenigma.

Huc quisquis subitu uidere monstrum
Ardes, huc propera, hic licet uidere.
Est Medea Trophimo parente natu
Faecundaq puerperâ Pylena
Turpi nascitus embrio figurâ,
Hinc tale sacra suscipit re uenusta
Formandum pueru fides Nahamae.
Istos Oedipe si scies parentes,
Nodu, ne dubita, breui resolues.
Est venter patulus, sed vmbilicg
nullg

Nullus, nullaque costa, Silenque nullus.
Unum praeterea Noverca solum
Dat Natura pedem, nec indecorum,
Nam gentilicius frequenter ima
In planta Domini nitet character
Nec stat, nec graditur, sed ad Magistri
Nutum cogitur occupare sedem,
Jam pronus, modo iam cubans supinus.
Totum non miser est magis per orbem
Quisquam; nam domino iubente durum
Cum praestare suum cupit laborem,
In saevos miser incidit latrones
Qui magno rapiunt furore, quod fert,
Pondus, territa membra saucientes
O quae saevities! adhuc laborans,
Sudor plurimus ut per ossa currat,
Nonnunquam Domini furore stulto
per summas datque exulat fenestras
Aut abiectus humi iubetur illum
Quem casus dederit locum tenere.
Hic nec grata quies datur labori.
Nam tot pondera cogitur subire,
Et circumdatus hinc et hinc acervo
Fortibus inhaereat labori
Dum tandem Domini manu iniectur.
Ingens praeterea caterva fratrum
per totum famulans vagatur orbem.

Hoc ænigma levis mihi laboris
Si solues, meritum require munus.

14. Aliud Philosophicum

Nemo me palpat, nemo videt, audit, odorat
Nemo me gustat, fors quoq; nemo capit.
Est tn̄ ostendor digitis: vocor, omnibq adsum
Ac ubi sæpè morer dicere quisq potest.
Consistis? sisto. fugis? insequor. æquora transis.
Assequor, in morte fidus amicus eo.
Et ne forte vagā lucis me dixeris umbrā
Sum comes in tenebris nocte dieq̄ tuus.
Congenitus tibi su', nec pars tn̄ ulla tui sum.
Parvus es? extenuor. magnus es? amplificor
Sæpe loco teneor, teneor nulloq frequenter
Jam mihi sunt partes, pass modo nulla mihi est
Millenis unâ vicibq pronascor in horâ
Sic tn̄ ut semper sit nova forma mihi.
Sæpè brevi passu millenas induo formas
Sæpè diu gradior, nec nova forma mihi est.
Me quide' Siculi penitus non esse putârunt
Sum tn̄, et nisi sim, nec reor, orbis erit.
Quid sum? non audent physici mi dicere: Res e
Non audent contrâ dicere, tu nihil es.
Est mihi germanus similis cognomine tantum
Nam vagus et levis est, et velut umbra fugit.
Ast ego si constes, sum constantissimus: at si
Non tibi constiteris, ceu levis aura volo.
Quisquis

Quisquis es, ô sophus es, conjecturato qd hoc est?
Et digna solutus dona labore feres.

15. Logogriphus.

Scin' divinus honos cui sit datus Oedipe saxo?
Illius en saxi fert mihi colla, comes.
Inde mihi ventrem capio, qui quaerere rerum
Semper amat causas, quo Sophe quaeque rogas;
Pes Symphoniacis est notus ubique Chelistis
Africe qua liquidis me tibi prodo notis.
Praefice colla pedi, ventrem statione moveto,
Me gelido Mater sub fonte dura parit.
Deme pedem, ventre collo praepone, nec inter
Aeolicas urbes Oedipe parva fui.
Necte pedi ventris partem. nihil amplius addas
Nemo est, esca cui, non ego dulcis erat.
Pars colli sit juncta pedi, pro grandia crebro
Aeris in celsas corpora libro plagas.
Cum pede pars colli, ventrisque locata sit, ampla,
Sic celebris reddor, regis in aede locus.

16. Alius.

Limpidus ille mihi fluvius caput Oedipe donat,
Ex oculis divum cuius origo fluit.
Orbita venter erit qua diligit ille deorum
Omnia consiliis qui facienda monet.
Stridula crura dabit vitrei mihi fluminis unda,
Pes velut auribus perstrepit alga Mydae.

Cruribq expunctis nil tam variabile: me Gens
Hac alijs, alijs gens tenet illa modis.
Sit caput avulsum, noctisq tenerrima vda
Filia evado, quem Zephyritis amat.
Crura, Caputq suo promet ordine deme seges
Nil magis incautos fallit. Ericus ero.

17 **Ænigma.**

Ordine stant pulchro Frēs bis quinq ligati,
Maior et est semper posteriore prior.
Spiritus unus alit cunctorum membra, tegitq
Præcipui Regem fulva Corona caput.
Junior ex illis gerit hirci pondera barbæ,
Bullatq solitas ingrediturq vias.
Tam bene conveniunt inter se, semper ut alter
Alterius teneat mordicus ore pedem
Omnibus est similis decor, et color oibus unus
Splendida tecta colunt, vilia tecta colunt.
In pretio priscis fuerant, nunc oibus illos
Excosos, Scholis multa propago facit.

18 **Aliud philosophicum.**

Stat mola multicolor septem subnixa columnis,
Labilis et triplici voluitur anne rota.
Prima columna ferè caput inter nubila condit,
Altera cervice tartara versus habet.
Tertia fundit aquas, et spumat quarta furore
Cum quintaq solet volvere sexta molam.
Ultima totius structuram sustinet ædis;
Qua pereunte perit, qua remanente manet.

Sunt

Sunt duo præterea similes in munere servi,
Qui frumenta legant, subijciantq; molæ,
Hi si qndo levi feriantur verbere, nunq̃
Mox proprium negligunt, & mola tota perit.
Et ne forte polo delapsus dissipet imber
Defendunt fragile plurima tecta molæ.
At licet impleverit si qn. per atria duplex
Orca capit pluvias limen ad ædis aquas.

29. Logogriphus.

Syncipit ipse tuo reddes de noie, Pyrrha
Si modo non fueris callida progenies.
Municipis Theseum dabit occiput Oedipe murmur
Pectora blandiloquo sunt odiosa gregi,
Ventre verte, reo caudâ pendente, frequenter
Spem dederat: litem cum cruce planta gerit.
Si tria nunc solum coniunxeris ultima membra
Vix adeo quidquam gens recutita timet,
Syncipit & pectq retera, quid pulchriq esse
Ne queat, fearis dū canis urit agros?
Abstrahe cor, aial lenū me Rhætia nutrit
Occiput avellas, tam bene nemo docet.
Syncipiti pectq præpone, retroq; sequatur
Occiput, & sacra limen in æde fui.

30. Alius.

Dat caput in scripto Juvenis quarine pomo
Coniugij mirâ repperit arte fidem.

Fert dial. nasu praeduru, noīa cuius
Mutuus imutat, non male nota, color.
Colla ferent Latij medifullia - deniq doctor
Est DEUS Aegypti, caetera crura dabit.
Oedipe vin totu cupide logo - noscere - griphi
Aedificat, plantat, destruit, oē regit.

21. Aenigma.

Auribus ac naso monstrum sum, lumine cassum
Non manus ulla, caput non mihi crura pedes.
Nunc breve nunc longū triplici sum milite cinctū,
Me quoq reclusum maria bina ferent.
Rara quies vincto, dederus mihi cernere phaebu,
Vix agor, poenas quam luo saepe graves!
Multos erudio, plures sed fallo, trucido
Qui me crede mihi fortis inerme regit!
Vile magis, melius, me nil magis utcle, peius,
Me tu absq, tibi vivere triste foret.
Fratres sunt Saurij, solo sed nomine dicti
Dicere quos omnes pharmacopola potest.
Vulnere saepe gravi laedo, sz tollere vulnus
Alterna non melior me medicina potest.
Non edo, poto, cibos crebro sed pocula tango
Quid mirare? tibi sum quoq saepe cibus.
Oedipe scire voles habitē quibus urbis in oris?
Omni, dico, loco me reperire potes.
Solvere difficile hoc n'ē aenigma, tenere
Plus mihi, si solvas, crede labais habet.

Aliud

22. Aliud.

Aspicis ut fictis ludat sibi simia formis,
Ingenium superet quinque iocando tuum?
Gesticulatorum lusus ut calleat aptè
Vel bene pingendi simia docta modum?
Quamvis nata mihi celebri sit stirpe, celebrem
Sese pingendi, sat tamen arte facit.
Tam benè namque hominum novit depingere vultus,
Par sit ut Archetypon vel magis ipsa sibi.
Se varia pingit multos mentita colores
Cum sedeat glabro nullus in ore color.
Conspexit faciem nimium si quò rugosam
Mox quas non habuit sumit et ipse rugas
Scis credo Proteus quod sit mirabile monstrum
Vel facili quavis induat ora modo?
Scis quoque cum terrâ Polypum mutare colorem
In viridemque nigram vertere posse cutem.
Nil Proteo cedit versis celeberrima formis
Et cedit Polypo simia nostra nihil.
Sed quaeris fortasse gerat quod simia nomen?
Dicitur haec Matium simia, Consilium.

23. Aliud.

Oedipe dic quid sit quod vertice, fronte, Capillis,
Ore caret: ventrem, brachia, tergus habet.
Me quamvis etenim pulchrum natura creârit,
Non mihi dicta tamen membra noverca dedit.
In campis generor, rudis et vilissima res sum,
Civica tecta colo, rustica tecta colo.
Sudo senex et sudo puer, iuvenisque laboro,
Pro sudore tamen non datur ulla quies.

Quin cibus ipse meo crebro subditur ori
Et mea pro dapibus terga, flagella notant
Sordida quaeque voro: pulsatus ad aethera supplex
Cum prece tollo manus. Sed negat aether opem.
Consolor miseros. Aegris medicamina praesto
Servio Principibus, servio pauperibus,
Caetera sed longè me Fratrum turba meorum,
Adversus Superos Relligione praeit.
Namque fere ieiunia servans semper, in anno
Vix semel extremo devoro ore cibos.
Pluribus afflictum tibi me depingere possem
Sed satis est, nomen iam mihi prome meum.

24. Aliud.

Portentum, capitella mihi sunt quina, cuivis
Cassis inest, mirum nil magis esse reor
Colla et corda mihi totidem, nil fortius illis,
Qua malus expertus dicere verna potest.
Tu modo iuncta simul Lector prius inspice plura
Quam dicam, nequeo dicere magna satis.
Quot capitella vides, totidem quoque Nomina servant
Est capiti virtus magna cuique suo.
Non secus an animus propriis sunt dotibus aucta
Veste nitent pulchra, saepeque nuda tremunt.
Quadratus seque venter pinguedine crassus,
Plenus ubique pilis, quare plura veto.
Me sine in orbe, vides toto nil Oedipe factum
Fulgure, stridentes atque reddo sonos.
De sale nunc pisces, de terra duco metalla
Jamque feras volucres edomo, bruta rego.

Nunc loquor

Nunc loquor ore carens, perdo quae maxia struxi
Jamque ministro, rego, fata repello, voco.
Oedipe nota tibi res sum, magis altera nec est
Grata tibi, nescis? fit mihi creber honos?

Aliud

25 Mater erat celebris claro de sanguine vatum
At Levitam traxerat illa genus.
Haec peperit natos charissima pignora, tot quot
Allophylus cubitos, impius, altus erat.
Qui duce praeposito cuius data iussa sequentes
Vomere sulcatos ingrediuntur agros.
Candida spectares, alios nigra ora ferentes
Cingitur his armis, alter inermis abit.
Et licet instructi compleverint agmine campum
Nemo tamen nutu quid sine regis agit.
At tibi iam regis nutu data plena potestas
Agmen ad officium mox ruit omne suum.
Lentus hic incessit, celeri petit ille volatu
Primus at est mage qui simula curva gerit
Et vis pugnantum si quando fertur ad urbem
Militis en clam bella ciere modum
Ingreditur portas, transcendit nemo fenestras,
Urbem alio tentat nemo subire loco.
Omnis sed celsas turres vis scandit in urbis,
Has petit, has victrix occupat, hicque subit.
Inque locis variis quamvis nova praelia tentet
Omnis tamen accedit, demitur hicque nihil.

Aliud.

26 Caspia non similes viderunt aequora Larnae
Talia nec tellus Graecia monstra tulit.

Pes mihi nullus inest, nullum caput, arida terga
Sunt mihi; deformis venter, ubique macer.
Quattuor à gracili procurrunt cornua tergo,
Deformis totidem cornua venter habet.
Omnibus est oculus praefixus cornibus unus
Qui simul à tergo, fronteque gesta videt.
Os in ventre gero, spatiosam pyxis aulam
Venter id, manibus cuncto, ventre voro.
Hic ruber, albus ibi, violaceus, herbeus, ater
Fulgeo, saepe simul mi color omnis inest.
Dulcia cum libant alij convivia, mensae
Praesto licet vacuo ventre minister ago.
Incumbo teneris stratis, nitet aurea lecti
Sponda, deauratae sum laris ampla teges.
Ambior ex medio pretiosum Cyclade, tergo
Ne mihi quis rapiat pignora ventre tegó.
Non pauci metuunt mea tangere viscera, rite
Nam nisi tangantur viscera, damna ferunt.

27 Aliud.

Parturit informé dives me natio, formam
Sed mihi deformi, flamma faberque facit.
Forma rotunda mihi, pedibus manibusque re secis,
Solum colla fero. non mihi venter inest.
Cornua per collum ~~fu~~ surgunt cōplurima, spectant
Singula diversum cornua clima poli.
Sunt facies illis, passis stant nuda lacertis,
Cernitur in nitidis, mirus ubique decor.
Plena scatent, pulchrèque suis decorantur ocellis,
Ante retros Argum despoliasse putes.
Insuper in collo praegrandi gutture rictus
Pandit, humanas devorat ille comas.

~~Hu~~manis

41

Humanis etiã crebrò se carnibq impleo,
 Atq̃ illæsas. rursq ab ore vomit.
Hinc me nemo fugit, multi se sponte vorandos
 Dant mihi, q satiat rarq in orbe famem.
Indiga codrorũ nec enim me turba laginat,
 Argenté satiat regia pradta gulã.
Sum res nota quidem, sed vix é millibq unq
 Me vidit, carnes qdo comesse volo
Et fronté propé subticui, frons oedipe sissa
 Tota mihi est, rugis obsita tota mihi est.
Est oculis quoq̃ plena, polos imitata micando
 Sed nihil his oculis cernere cæca potest.

28 Aliud.

O me felicé, me terq̃ quaterq; beatũ
 Oedipe, suspicior, laudor, ubiq̃ color.
Ecquem me esse putas? res sum benissima, sed quã
 Cumplures magnã rellligione petunt.
Nulla mihi frons est, os, nasq, lumina, collũ
 Cor, thorax, tergus cum cute venter abest.
Nam mera sum facies, facies pellucida, sed quã
 Hen circũ circa ruga senilis erat.
Ex dorso suspendo pedes magis Oedipe curuũ
 Claudo, sed claudũ me bené nemo notat.
Nam pedis officiũ peragit pars extima vultq
 Sed pedis extrema parte rimante parũ.
Non aulas habito, sed numinis incolo tecta
 Et verũ semper numen in ore gero.
Sæpius assisto facienti sacra minister
 Nec solitas oro cum faciente preces:

Sindone cum ludo, sudore tergeo, iuxta
Sindon lota recens hinc mi semper adest.
Me persaepe vides, transis, tangisque frequenter
Et nescire meum de modo nomen ais.

29 Aliud.

Carcere munitus multo sum tegmine tectus
Frigeo, nam misero non calor ullus inest.
Sublimis sedeo, lunā nascente renascor
Non mihi sunt sordes, non caro, sanguis abest,
Non oculos, nullas aures, non brachia gesto,
Exupero lybicas Oedipe paene feras.
Quid mirare! scias sine me dormire nequibis
Lumina nec somno me sine fessa dabis.
Sed mea miratur spatiosus pignora mundus
Quae reclusa suo carcere cuncta latent.
Natis absque meis omnis doctrina iaceret
Nulla statuta forent, sceptraque nulla forent
Quae male quae recte fierent non nosceret ullus
Non opifex, sed iners esset ubique quies.
Omnia laxatis regeret Mars saevus habenis
Exul in ignotis esset Apollo plagis.
Nulla Ceres, medicus nullus, non esset Bacchus
Pignora iam ne vides quae mea damna ferent
Oedipe dic quis sim, si dixeris Oedipe, quis sim
Ingenio reddam praemia digna tuo.

30 Aliud.

Bis nascor, semel in luce sine lumine, sicuti
Quod haeret sanies ossibus ipsa meis.

abest

Absq ore, absq aure, absq pede, absq manu absq oculo, absq
Cervice, absq pilis, prodeo, et absq cute.
Post rapior, fabroq feror fabricandus, at ille
Ore premit, urget, agit, nec coquit igne foco.
Nec datur hinc exire prius, me donec in ipsa
Fabricet effigiem quam gero, quamque vides.
At ego pertaesusq forum, impatiensq morarum,
Nec bene dum cursus desilio mutilus.
Hinc mihi curta labis quae vix quaesita patescit
Auris, et hinc nulla est mihi fabricata manus.
Mihi faber hic nondum nasum divisit ab ore
A digitisq nec est planta resecta pedis.
Non solum in terrâ, sed aquis et in aere versor
Nunc eo si lubeat, nunc nato, nuncque volo.
Nec tamen effugio fures, quin saepe prehendant
Vestibus, indignum! me spolientque meis.
Mihi struunt insidias multis sicariis, at plus
Nomina Pontificis sunt inimica mihi.
Mors mea crudelis, tamen hoc pro funere, quisque
Congrutet, exequias tot celebrare mihi.

31 Aliud.

Quaeror in abstrusis monstrum deforme Cavernis
Orbis in extremis delitescoque plagis.
Decipio vultu reges, Regumque Clientes
Fascino Magnanimos Calliditate Duces.
Quam multos iugulo, quae non ego corpora sterno,
Quam celebres propter me periere viri.
Hispidior rigido glaber sum Corpore echino,
Nil nisi me sapiens dixerit esse vepres.

Oedipe spectasti mea nunquam forsitan ora;
Me proprio pictum schemate saepe vides.
Me velut idolum prono veneratus adoras
Poplite, qui fauces mortis adire times.
At ne thesaurum me dixeris Oedipe forsan,
Aut temere Croesi forte putaris opes.
Sum bene cornutus, vasta caput ambio cera
Sum simul innumeris Fratribus ampla domus.
Sericeo nunquam Tyrione inferior amictu,
Me toga Cyclopum facta labore tegit.
Carcere ferrato condor, compareo rarò
Qui gerit in bello me, citò fugus erit.
Non binos patior dominos, me quilibet optat,
Quilibet optatum me sed habere nequit.
Quisquis in Hungaricis raptum me possidet oris
Croesus erit subito, qui modo Codrus erat.

32. Aliud.

E patre sum duro prius natalibus ortus
Tempore iam longo stirps numerosa mea est.
Tango ferè Coeli proceris nubila membris,
Nilque Giganteis corpore cedo viris.
Sed ne forte caput Coelis se inferret, et inde
Haustu DEum posses dicta referre solo.
Mi malus ~~iniiti~~ iniiti deiecto Austieg ense
Aures demsit, desecuitque caput.
Brachia per totum stabant quae plurima corpus
Vino diripuit, diripuitque cutem.

carcere

Carcere conclusus modico iam calle coarctor
Ingenti lapidum pondere genua grauor;
Nil tamen impediunt gradientes pondera plantas,
Tardante moles promouet imo gradum.
Stat grauis ad plantas gladio transfixa striato
Arbor, crura cui sunt religata pedum.
Egrediensque domo medios incedo per enses;
Itaque profectuo sternitur ense via;
Egredior nunquam duri nisi quernea lecti
Corpore monstroso strata grauare velim.
Vix incumbo fluunt, largo cum sanguinis amni
Lectique, et effuso strata cruore madent.
Cumque enim semper monstrosi corporis reno
Ambitu, capitum millia multa nero.

33.) Aliud.

Exos et elumbis, glabrum pro vertice collum
pro stupor! et ventre, sed sine corde gero.
Abs digitis in ventre manus fumaciter abdo,
Sed rexe possunt surripuisse nihil.
Pes mihi latus inest, et collo latior ipso,
Attamen articulis, sanguine carne caret.
Ex vaccâ generor, sum Tauro stirpe propinquus,
Et vaccam uelt Taurum, me bene nemo vocat.
Mugio cum vacuo semo ieiunia ventre,
Et solum liquidos Oedipe mando cibos.
Corporis exiguam superat pinguedo staturam,
Sordibus obfuscans omnia membra suis.
Turgidus ingrediens alienis gressibus utor,
Anguince gladii stipo subinde latus.

Vilia mendicum potius quam splendida Regum
Tecta colo, vestes nauseat aula meas.
Et mihi de claro nati quoq; stemmate fratres
Ore quidem, sed non conditione pares.
Nam sunt in precio, meliori veste teguntur,
Regalesq; vorant sæpius ore cibos.

34. Aliud.

Nullis è excelsis sedeo, sum tineis è artes
Res praeit ingenium, vix tum ulla meum.
Usq; iuxta rerum magnas mihi, dissita longe
Nosco, nec obscura res mihi mundus est.
Alite sum citior, nulli mage creditur usquam
Fallo tamen multos, ne manus una tegit
Et licet exiguus medium complector olympum
Æquora, rura, lacus, oppida, templa, domos.
Non videor semper geminâ sum veste decorus
Nam me, parua licet, lædere musca potest.
Siccus eo per aquas, nusquam vestigia linquo,
Sæpeq; cum volucri pisce natante nato.
Nunc peto rura, nemus, montes è concava valles
Sæpeper antra celer, saxa, vepresq; feror
Horâ sæpe pedum mediâ sex millia curro
Vix abeo patrios, rursus et intro lares.
Sidera cum Phœbo rosea, coniungoq; Lunâ,
Et cum multa sua, nostrœ plena volo.
Œdipe dic quis, vbi, quid sim, condigna labore
Sphinx tibi, ne dubites, præmia quæro tuo.

Aliud.

35. Aliud.

Est mihi terra parens, nunquam tn̄ incolo terram,
Imoq̃ nec cœlū, fors loca nulla mihi.
Sum res exilis, lumbis succingor utrisq̃,
Sic venter tenuis, latiq; inde caput.
Imbellis videor, tn̄ est mihi tota potestas,
Ut par infractis æstimer esse viris.
Seu venatore me pleraq̃ bruta timescunt
Nam multas forti mordeo dente feras.
Si lupus in patulū veniat mihi forsan hiatū,
Hunc premo donec eū cuspide figat herus.
Non sine me quoque nā Dux meus iverit, index
Artis enim illius sum quoq; magnus honos.
Et licet obscurus, videarq̃ pedissequus esse,
Atq̃ in domini sessito sæpe sinu.
Quisquis es ac istū mihi solveris Œdipe nodū,
Dicā te ingeniū sat coluisse tuū.

26. Aliud.

Turgidus incedo si quō prodeo, larva
Sum, fugo quæ lybicas prodigiosa feras.
Integros hoīes quamvis edentulus unā
Devoro sub cœnā, fœda vorago gulæ.
Sunt mihi verrucæ vario fulgore nitentes
Zona ligat rectus sardonychata meū.
Defluit à tergo semper caput, aurea crebro
Cæsaries lucet, vertice compta meo.
Ast oculus collo gracili connectitur ingens
Cui nunc auricomus, nunc color albus inest.

Discolor ex oculo pendet mihi plurima barba,
Saepius auratis circumamicta striis.
Distinguor varijs maculis plerumq per omne
Corpusq et innumeros poplite gesto pilos.
Et licet in lucem videar vix editus, ornat
Attamen umbratas plurima barba genas.
Gressibus incedo tremulis, fastuq superbis,
Magnificosq magis cernar ut, edo sonos.
Ingredior pedibus binis extrinsecus, uno
Sed pede sto, proprios incolo quando lares.
In cirrhos habeo digitos, spirasq striatos,
Viscera cum costis sunt abiegna mihi.
Quin et fumidi ventris mihi tanta capedo
Prominet, ut toto ventre lateret equus.
Sunt mihi mille pari contecti schemate fratres,
Non tamen est species fratribus una meis.
Nam duo, talorum tenus ornant, brachia quondam
Elevat et quosdam, nasq abuncq humo.

370 Aliud.

Naribus horrentes geminos protendo caminos,
Queis male faetentes compleo nube domum.
Nocte dieq micans geminis incedo lucernis,
Plus tamen hae claro sole micante micant.
Continuo lucent magno splendore, sed uni
Duntaxat lucent, nihil liquoris edunt.
Cernitur has infra modico submota recessu,
Exitium portans pluribus atra specus.

Hanc

Hanc habitat statione manus robusta latronum,
 Prædando licitos quærere sueta cibos.
Si quis forte roget recipi præ postibus hospes,
 Haud mora - suscipitur, ducitur inque domum.
Ast ubi sub medium fuerit penetrale receptus,
 Impetit infaustum multus utrinque latro.
Desilit ex alto pars, pars consurgit ab imo
 Eque sub ingressu frustula mille secat:
Sicque minutatim concisum mittit in alta,
 Per fauces ducit quâ via trita secum.
Denique stant geminæ cristato corpore turres,
 Insueta specie, mobilitate nova.

Solutiones præcedentium
Logogriphorum & Ænigmatum, sm̃
numeros ad marginem positos.

1. – Corallium.
2. – Ira.
3 – Infula pontificalis
4. – Candelabrum pontificium.
5. – Unio.
6 – Amor.
7. – Cantharus.
8. – Laverna.
9. – Coriarius.
10. – Vestigium.
11. – Ossa.
12. – Viaticum.
13. – cochlear argenteum.

14.– Ubi intrinsecum.
15.– Macula.
16.– Mors.
17.– Rosarium 10. globulor. solum.
18.– Humanus oculus.
19.– Versus.
20.– Æra.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.
31.
32.
33.
34.
35.
36.
37.

Affixio